
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [1]

Dyalogꝰ inter clericum et laycum ſuper dignitate regia.

De natiuitate ⁊ moribꝰ antichriſti.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK 'S GRAVENHAGE

171 G 108/3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [3]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [3]

Diſputatio inter clericū et militeꝫ ſuper poteſtate prelatis eccleſie atqꝫ principibus terraꝝ com=miſſa ſub forma dyalogi Incipit feliciter.

Leric⁹ ſermonis ſui exordium ſub hac forma poſuit
dicens. Miror optime miles paucis dieb⁹ tempora
mutata. ſepultā iuſticiam. euerſas leges. iura calcata
¶ Miles. Grandia ꝟba ſunt iſta ⁊ ego laic⁹ qui quā-
uis paucas puer didicerim lrās non tamē ad ꝓfundum veni vt
tam alta ꝟba a me poſſint intelligi. Et ido venerāde clerice ſi me
cum deſideratis habere colloquiū planiorem oportet accipere ſti-
lum ¶ Cleric⁹. Etate mea vidi eccleſiā in honore magno apud
reges principes ⁊ nobiles vniuerſos haberi ⁊ nūc video econtra
miſerāda. Eccleſia facta ē vobis omnib⁹ preda exigunt᷑ a nobis
multa dant᷑ nulla. ſi noſtra bona nō damus rapiunt᷑ a nobis con
culcant᷑ iura noſtra libertates effringūtur ¶ Miles. Nō facile
credam regem cui⁹ conciliū ſunt clerici iniuſte agere vobiſcū aut
apud eos perire ius veſtꝝ. ¶ Cleric⁹. Immo certe contra omne
ius iniurias innumeras ſuſtinem⁹ ¶ Miles. Scire vellē quid
vocatis ius. ¶ Cleric⁹. Jus voco decreta patꝝ ⁊ ſtatuta rhoma
noꝝ pontificū. ¶ Miles. Que illi ſtatuūt ſi de tꝑalib⁹ ſtatuunt
vobis pn̄t iura eſſe nobis vero nō ſunt. Null⁹ enim p̄t de his ſta
tuere ſuꝑ que cōſtat ipſum dominiū nō habere. Sic nec francoꝝ
rex poteſt ſtatuere ſuꝑ imperiū nec imꝑator ſuꝑ regnū. Et quem
admodū terreni ꝑ̇ncipes nō pn̄t aliquid ſtatuere de veſtris ſpūa-
lib⁹ ſuꝑ que nō acceperūt ptātem ſic nec vos de tꝑalib⁹ eoꝝ ſuper
que nō habetis autoritatē. Vn̄ friuolum eſt quicq̇d ſtatuiſtis de
tꝑalib⁹ ſuper q̄ poteſtatem nō accepiſtis a deo. Vn̄ nuꝑ mihi ri-
ſus magn⁹ fuit. cum audiſſem nouit᷑ ſtatutū eſſe a dn̄o bonifacio
octauo ꝙ ipſe eſt ⁊ eſſe debet ſuꝑ omnes ꝑ̇ncipat⁹ et regna. Et ſic
facile pateſt ſibi ius acquirē̇ ſuꝑ rem quālibet cum nō reſtat niſi
ſcribere qꝛ totum erit ſuū cum ſcripſerit ⁊ ſic totū erit veſtrum ⁊
vbi ſtatuere nihil aliud eſt q̄ꝫ ſibi tenē̇ velle Nihil ergo aliud erit
ius habere q̄ꝫ velle nō habet ergo niſi vt ſcribat. Hoc volo ius eē

eum voluerit caſtrum meum vel villam meaꝫ agrum meum aut
pecuniam ⁊ theſaurꝫ habere. Nec latet vos ſapientem clericum
ad quãtum vos deducat iſta diſputatio ridiculum. ¶ Clericus.
Satis acute domine miles ⁊ verſute iſta contra nos protuliſtis
et ad hoc totius ſermonis veſtri ſeries ſeu decurſus quãtum ipſe
intelligo tendit ꝙ dominꝰ papa de veſtris temporalibꝰ nihil po-
teſt ſtatuere quia nõ conſtat eum ſuper temporalibus veſtris do-
minium accepiſſe. Et ſi noſipſi ex noſtris velimꝰ probare dictis
aut ſcripturis totum pro nihilo ducitis quia noſtrũ ſcribere vt
dicitis dominium nobis aut poteſtatem que aliunde nõ venerat
dare non potuit. Sed ſi chriſtianꝰ vultis ⁊ catholicus verꝰ eſſe
non negabitis chriſtum rerum omnium dominũ eſſe cui dictum
eſt in pſalmo. ij. Poſtula a me ⁊ dabo tibi gentes ⁊c̄. de quo etiaꝫ
ſcriptum eſt quia ipſe eſt rex regum ⁊ dominꝰ dominãtium. Iſta
non ſunt noſtra ſed dei verba nec nos ea ſcripſimꝰ ſed ea miſit do-
minꝰ ⁊ ſpiritus ſanctꝰ dictauit. Et quis dubitat illum ſtatuere
poſſe quem cõſtat vniuerſorum dominũ eſſe. ¶ Miles. Nullo
modo diuine poteſtati vel dominatiõi reſiſto quia chriſtianꝰ ſum
et eſſe volo ⁊ ideo ſi per diuerſas ſcripturas oſtẽderitis ſummos
pontifices eſſe ſuper omnia temporalia dominos. neceſſe eſt om-
nino reges ⁊ principes ſummis pontificibꝰ tam in ſpiritualibus
q̄ꝫ in temporalibꝰ eſſe ſubiectos. ¶ Clericꝰ. Facile eſt ex ſuperio-
ribꝰ poſſe oſtendi. Tenet eñ fides noſtra petrum apoſtolum pro
ſe ⁊ ſuis ſucceſſoribꝰ inſtitutum eſſe plenum vicarium ieſu chri-
ſti. ⁊ certe plenꝰ vicarius idem poteſt quod ⁊ dominꝰ eius cũ nul-
la exceptiõe nulla poteſtatis diminuitiõe eſt vicarius inſtitutus
Si ergo nõ negatis chriſtũ de veſtris temporalibꝰ ſtatuere poſſe
qui dominꝰ eſt celi ⁊ terre nõ poteſtis ſine rubore eandem poteſta-
tẽ chriſti pleno vicario denegare. ¶ Miles. Audiui a viris ſan-
ctis ac deuotiſſimis duo tempora in chriſto diſtingui. alterꝫ hu-
militatis ⁊ alterum poteſtatꝫ. Humilitatis. vſqꝫ ſuam paſſionẽ
poteſtatis. poſt ſuam reſurrectionem quãdo ipſe dixit. data ẽ mi-
hi omnis poteſtas in celo ⁊ in terra Mathei vltimo. Petrꝰ au-
tem ꝯſtitutus eſt chriſti vicariꝰ pro ſtatu humilitatis nõ pro ſta-
tu glorie ⁊ maieſtatis nõ enim factꝰ eſt chriſti vicarius ad ea que
chriſtus nũc agit in gloria. ſed ad ea imitãda que chriſtꝰ egit hu-
milis in terra quia illa nobis neceſſaria ſunt. Illam ergo poteſta-
tem ſuo vicario commiſit quam homo mortalis exercuit. non il-

lam quam glorificatꝰ accepit. Et vt iſta per ſcripturas quas in
ducitis oſtendamꝰ de eiſdem ſcripturis vobis teſtimonium pro
feremus. Ipſe enim chriſtus dixit pilato regnum meum non eſt
de hoc mundo. ⁊ ꝙ non venit miniſtrari ſed miniſtrare. Luce. ij.
Hoc teſtimonium adeo manifeſtum eſt vt hominem reſiſtentem
poſſit confundere ⁊ ceruicem quamcūq; duram obterere. Et hoc
ſic dixit ieſu quidam de turba. magiſter dic fratri meo vt diuidat
mecum hereditatem. At ille dixit ei. O homo quis me conſtitu
it iudicem ⁊ diuiſorem ſuper vos. Luce. xij. Auditis ergo aper-
te chriſtum in temporalibꝰ nec iudicem nec diuiſorem cōſtitutū
ergo in ſtatu illo ſuſcepte diſpenſationis nec temporale regnum
habuit nec etiam affectauit immo cum illi multiplicatis panibꝰ
comederēt fugit ⁊ in cōmiſſione petro facta non claues regni ter
rarum. ſed claues regni celorum tradidit. Et hebreorum ponti
fices cōſtat regibus fuiſſe ſubditos et a regibꝰ quod procul a vo-
bis abſit fuiſſe depoſitos. Et vt ſcias chriſti vicarium ſpirituale
regnum non ad temporale ſeu dominium aſſumptum accipe ab
ipſo paulo nec minꝰ clarum teſtimonium. Dicit enim ſic. Om-
nis pōtifex ex hominibus aſſumptus pro hominibꝰ conſtituitur
in his que ad deum ſunt non ad gubernādum terrenum domini
um ſed vt offerat dona ⁊ ſacrificia pro peccatis. Vides ergo ꝙ p̄
ficitur pontifex in his que ſunt ad deum cum paulus thimotheo
ſcribat nemo militās deo ſecularibus negocijs ſe implicet. Patz
ergo chriſtum regnum temporale nō exercuiſſe nec petro commi
ſiſſe. Nam ⁊ petrꝰ dicit Actuū ſexto capitulo. Nō eſt equū nos
derelinquere verbum dei ⁊ miniſtrare menſe id eſt temporalibus
diſpēſandis. Et quamq; poſſint aliqua temporalia per ipſos pō
tifices diſpēſari ſatis tamen patet ꝙ non debeant in terrenis reg
nis ⁊ principatibꝰ gubernandis. que omnia ſibi vendicāt occupa
ri. Vnde autoritates quas induxiſtis superiꝰ domine clerice ſci-
licet poſtula a me ⁊c̄. et ꝙ ipſe eſt rex regum ⁊c̄. non ad ſtatū pri
mū pertinet ſ; ad ſecūdum In quo primo ſtatu ſic patuit ꝙ chri
ſtus nullam poteſtatem temporalem exercuit immo a ſe penitus
abdicauit ⁊ in his ſolum ⁊ non in alijs que ad diſpēſationem no
ſtre ſalutis exercuit petrum ſibi vicariū deſtinauit. quem nec mi
litem fecit nec coronauit in regem ſed in ſacerdotem ⁊ epiſcopu;
ordinauit. Quod ſi vultis adhuc contendere chriſti vicarium eā
poteſtatem in temporalibus habere quam chriſtus habebat in ce

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [3]

lis. non quam chriſtus exercebat in terris. Forſan iſta pertina-
cia non erit in fine vobis gratioſa quod vobis patebit ſic. Con-
ſtat enim cuilibet fideli de deo ſapienti ꝙ ſi preciperet deus pecu-
niam ſuam agrum ſuum aut vineam alteri cuilibet dare ſine cau
tione nulla petita ratione nulla expreſſa cognitione ſtatim debe-
ret obedire. Si ergo contenditis papam eandem poteſtatem ha
bere. ergo concedere neceſſe eſt ꝙ omnia veſtra bona ⁊ noſtra pote
ſtis ſine cauſe cognitione cui volueritis nepotulo vel conſangui
neo dare. tollere principatus ⁊ regna et eis dare pro veſtre libito
voluntatis. ſed quam abſurda ſunt iſta vos videte. ⁊ vtrum pla
cerent ſi vobis hec fierent reſpondete. Q꞉ ſi a tanta abſurditate
recedere per viuam rationem cogimini et papa cogetur reſilire.
Tenēdum eſt igitur ꝙ non accepit in temporalibus tantam po
teſtatem ipſe chriſti vicarius ſꝫ eam ſolam quam chriſtus in ſua
humilitate exercuit ⁊ oſtendit. ¶ Clericus. Negatis o miles ec
cleſiam cognoſcere de peccato. ¶ Miles. Hoc abſit. Nam qui
hoc negauerit ⁊ penitentiam et confeſſionem abnegabit. ¶ Cle-
ricus. Si quid iniuſte agitur peccatum eſt. et qui habet cognoſ
cere de peccato cognoſcet de iuſto ⁊ iniuſto. Cum ergo iuſtum et
iniuſtum in negocijs rerum temporalium ſit. conſequens etiam
eſt vt de cauſis temporalibus debeat iudicare. ¶ Miles. Argu
mentum iſtud cornutum eſt cuius vanitas et infirmitas per ar
gumentum ſimile repellendum eſt. In ſuſpēdendis latronibus
alijſqꝫ damnādis habetur iuſtum ⁊ iniuſtum ⁊ peccatum etiam.
Ergo etiam ratione peccati debet papa de ſanguine iudicare ſed
plumeum eſt argumētum ideo leui ratione ſufflatum. Nunc re
ſtat nobis oſtendere quomodo veſtra cognitio domine clerice cir-
ca iuſtum ⁊ iniuſtum ſcđm leges humanas que de talibus ſanxe
runt ſit de temporalibus iudicandis. Sed ſcđm quas et ſub qui
bus perſonis ſubiectis omnibus eſt videndum. Manifeſtum eſt
ergo illum debere ſcđm leges iudicare ⁊ ſcđm eaſdem de iuſto et
iniuſto cognoſcere cuius eſt leges condere ⁊ habere interpretari
exponere et cuſtodire facere ⁊ grauare et mollire cum videbitur
expedire. Si ergo vos in iudicio temporalium ſimul vultis cū
illo contendere aut concurrere cognoſcendo de iuſto ⁊ iniuſto iam
contra ſcripturam veſtram aratis cum boue ⁊ aſino et cum prin-
cipe dicente. Hoc eſt iuſtum. pontifex dicet hoc eſt iniuſtum. Fi
et quod dicet abacuck propheta. In precipicium factum eſt iu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [3]

dicium contradicente potentiore propter hoc lacerata eſt lex. et
non peruenit vſqꝫ ad finem iudicij quia vere non erit hoc iuſtici
am ⁊ iudicium facere in terra ſed iuſticiam ⁊ iudicium in terra la
cerare. Et ego oſtendam vobis ſcd̄m paulum vnde veſtra cogni
tio debet incipere principes ſuo iure de iuſto ⁊ iniuſto cognoſcent
et eius fratrem vnuſquiſqꝫ ſicut tenetur attendet ⁊ ei obediet ſi-
cut precipitur Deutronomij decimoſeptimo. Si quis autem tu
mente ſuperbia non obedierit ei⁹ imperio nec princeps cuius fue
rit officium iudicandi habet poteſtatem reſiſtendi vel coercendi
tunc incipit veſtra cognitio quia tunc accedere debet veſtra moni
tio dicente apoſtolo paulo ad Titum tercio capitulo. Admone
illos principibus ⁊ poteſtatibus ſubiectos eſſe ⁊ ſubditos Et ad
Romanos decimotercio ca. Omnis anima poteſtatib⁹ ſublimio
ribus ſit ſubiecta. Ubi etiam maleficia ⁊ ſcelera manifeſta ſunt
veluti prede rapine ⁊ ſimilia nec eſt qui velit aut poſſit corrigere
Non enim nego vos in his caſibus debere vel poſſe veſtram po-
tentiam exercere. ſed non de iuſto vel iniuſto quia de hoc non ha-
betis cognoſcere aut manum ad hoc apponere. Et cum manife-
ſtum fuerit atqꝫ per ſentẽtiam iuris aut euidentiam ſceleris que
nulla egent cognitione tunc poterit ad vos iſta materia ⁊ forma
de quibus dictum eſt pertinere alias ſi propter peccati colligenti
am vultis de prenotatis caſibus cognoſcere non reſtat niſi fores
principum claudere leges ſilere ⁊ decreta principum ⁊ veſtra ſo-
la reſonare. Artare vos volo ⁊ vrgere vna queſtiõe vtrum ſit ve
ſtrum de cauſa matrimonij cognoſcere ⁊ ego vado padue ꝑ qua-
dam hereditate quam peto nomīe vxoris mee que habet in ea ſuc
cedere. Videtis ꝙ ratione matrimonij mihi competit petere illā
hereditatem Nunquid propter matrimonij colligātiam de quo
habetis cognoſcere debeo coram vobis de hereditate litigare Ro
bertus de flandria pro vxore ſua petens ducatum burgundie no
mine dotis debuit ne coram rege vel epiſcopo litigare. immo pla
ne dico vobis omnibus clericis inhibendo ne cognitionem de do
te contra deum ⁊ iuſticiam vſurpetis cum promiſſio dotis mere
et vere ſit pactio temporalis ⁊ ſepe firmari poſſit regalibus in-
ſtrumentis. Et quia vobis vſurpatis aliena euenit vobis illud
vero dei iudicio vt aliquid patiemini . Patet ergo ꝙ ſit va-
num ⁊ friuolum ꝙ ex tali vicinitate velitis vobis fingere colli-
gantiam in cognitione cauſarum q̄uis ad hec omnia vnum ſo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [3]

lum debet vobis ſufficere quod ſupra memorauimus de euange-
lio luce dicente domino ieſu. O homo quis me conſtituit iudi-
cem et diuiſorem inter vos. Oſtendit enim manifeſte ꝙ ſecun-
dum eam poteſtatem quam homo mortalis exercuit non perti
nebat ad eum de hereditate iudicare. ¶ Clericus. Nonne de
bent temporalia ſpiritualibus deſeruire. ergo temporalia debent
eſſe ſubiecta ſpiritualibus ⁊ ſpiritualis poteſtas temporalem de
bet regere poteſtatem. ¶ Miles. Vere debēt ſpiritualibus tem
poralia deſeruire ſuo caſu quia tenentur dei cultoribus neceſſaria
miniſtrare. Nam hoc omnis gens quaſi innatum habuit ⁊ ha-
bet inſtinctum. ⁊ hoc naturali iure decreuit natura naturans vt
miniſtrantibus creatori ſeu diuina celebrantibus neceſſaria mi-
niſtrentur ⁊ honoris debita et vite neceſſaria prebeantur. Quod
etiam phariſeis in lege quam dominus moyſi tradidit ⁊ ſacerdo
tibus abundanter ⁊ caute prouidit. non dominium tamen aut
regnum temporale commiſit. Et apoſtolus ad Corinthios. Si
ſpiritualia vobis ſeminauimus non eſt magnum ſi carnalia ve-
ſtra metamus. Sed ſi vultis ſcire quale dominium prebeat mi-
niſtris accipite per ordinem verba chriſti ⁊ eius apoſtoli pauli.
Dicit enim chriſtus diſcipulis ſuis ad predicandum miſſis.
Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Et paulus de ſe ⁊ cete
ris apoſtolis ait. Quis militat ſuis ſtipēdijs vnq̄. quaſi diceret
nullus. Et ſcriptum eſt in lege moyſi. non alligabis os boui tri
turanti. Ecce quibus vos comparant chriſtus ⁊ paulus eius apo
ſtolus. Vtique operarijs ⁊ ſtipendiarijs. Nunquid operarij ⁊ ſti
pendiarij ſunt rerum domini. Videtis ꝙ temporalia concedun
tur vobis non ad dominium ſed ad vite ſubſidium ⁊ ad ſpiritua
lis miniſterij ſumptum. Et ex lege moyſi comparamini boui tri
turanti cui ſatis eſt accipere pabulum quanq̄ ipſe ſuo labore im
pleat horreum. Et ꝙ dicitis ſpiritualem poteſtatem regere tem
poralem poteſtatem iam vobis eſt per apoſtolum paulum ſupe
rius reſponſum ibi ꝙ omnis pontifex ex hominibus aſſumptus
pro hominibus conſtituitur in his que ſunt ad deum vt offerat
dona et ſacrificia pro peccatis ⁊ in his habent nos regere videlicet
que ſunt ad deum. ſed ad eccleſiam non pertinent in his que fo-
ris ſunt aliquid iudicandum ꝙ ſi adhuc contenditis ſummum
pontificem ſuperiorem eſſe per omnia in deriſiones mirabiles in
cidetis. Si enim cum creatur papa creatus ſit dn̄s oīm ſimul

ratione creare epiſcopum. Erit creare illius patrie dominum et
ſacerdos meus erit dominus caſtri mei ⁊ dominus meus quia ſi
cut poteſtas pape eſt in toto ita poteſtas iſtorum eſt in illa parte
cui preeſt ergo ceſſandum eſt ab hac ſtultieia que ab omnibꝰ irri/
detur ⁊ tãtis ſcripturarum elemẽtis ac rationibus cõfirmatur.
Nam in veteri lege dicimus nõ ſacerdotes a regibus. ſed reges
et principes a ſacerdotibꝰ ⁊ prophetis adorari ⁊ eos ad ſe vocari
et que placebãt regibus imperari. Et in his que interdum erra/
uerant publica diſpenſatione temporalium increpari vt tercio re
gum primo ⁊ quarto capitulis. ¶ Clericus. Miror ꝙ dicitis
ſuper diſpenſatione temporalium regem arguiſſe pontificem.
¶ Miles. Uos excitatis canem dormientem ⁊ cogitis me lo/
qui de his que ante non cogitaui. ¶ Clericus. Excitetur canis
et latret. ¶ Miles. Quoniam vti neſcitis vtilitate ⁊ patientia
principum timeo ꝙ poſt iuſtum latratum ſentietis ⁊ morſum.
¶ Clericus. Quid intereſt regum ⁊ principum ſuper diſpenſa
tione temporalium noſtrorum. ipſi ſua habeant ⁊ noſtra nobis
dimittant. ¶ Miles. Noſtra multum intereſt per omnem mo
dum. Nunquid nõ intereſt noſtra circa ſalutem animarum no/
ſtrarum ſuper omnia cogitare. Nunquid nõ intereſt noſtra pro
parentibꝰ mortuis debita proſequi obſequia ⁊ etiam obſequia po
ſtulare. ⁊ nõne vobis a parentibꝰ noſtris ad hoc ſunt noſtra tem
poralia data ⁊ copioſe miniſtrata vt in cultu diuino totaliter ex/
pendãtur. ſed certe nihil facitis inde ſed omnia veſtris neceſſita/
tibus applicatis q̃ ꝑ elemoſinas ⁊ opa charitatis in viſceribꝰ pau
perũ claudere deberetis. Nonne eſt neceſſe ꝙ per huiuſmodi ſan
ctiſſima opera mortui iuuarẽtur ⁊ ſaluarentur viui. Nõne cum
ea ad propria expẽditis ſuperflueq; cõſumitis ⁊ ea contra inten/
tionem dãtium ⁊ etiam quodammodo accipientium diſpergitis
male vtẽdo. viuos ⁊ mortuos leditis ⁊ viuis ⁊ mortuis damna
biliter derogatis. Nonne ei qui non vult militare auferetur ſti/
pendium. Et certe vaſallus non implens ſeruicium meritũ per
dit ⁊ feudum Et vt vobis ponam ſuper hac queſtione ſilẽtium.
et ꝙ ſuper hoc noſtrum ſit dolere ⁊ remedium apponere accipite
fortiſſimum ⁊ apertiſſimum capitulum ſcripture ſancte ſecundo
paralipomenon decimoquarto capitulo. Legitur enim de rege
ioas. Fecitq; quod bonum eſt coram domino et cunctis diebus
ioiade ſacerdotis et de eodem rege legitur quarto regũ duodecimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [3]

capitulo. Vocauit rex ioas ioiadem pontificē ⁊ ſacerdotes dicēs eis quare ſartatecta nō inſtauratis templi. Nolite ergo pecuniam recipe a populo amplius iuxta ordinationem veſtram ſed ad inſtauratione populi reddite eam. ꝓhibitiq; ſunt ſacerdotes accipere pecuniam vltra a ppl'o. Vides ergo qd laudat rex ioas a domino q̄ curam accepit vt oblationem iuxta intētionem dantium expēderent in cultum diuinū. Hoc eſt ad inſtaurationē templi. Laudat eni regem ioas de⁹. vt oſtēderet ꝙ nō delinqueret q: nō cupiditate ſ; pietate nō ambitiōe ſed religiōe id facēt. Ad tollendam ſuſpicionem rex teſtem volebat habere ipm pōtificem vt ſeq̄tur. Cūq; videret nimiam pecuniā in gazophilacio aſcēdebat ſcriba regis ⁊ pōtifex effundebātq; ⁊ numerabāt pecuniā que iueniebat in domo dn̄i ⁊ dabāt eam iuxta numeꝝ atq; mēſuram in man⁹ eoꝝ qui preerāt cōmentarijs dom⁹ dn̄i. Ecce laudata ē regis religio q̄ curā geſſit vt bona illi⁹ veteris eccleſie ſaluarent ſollicite et expēderent religioſe. Scio ꝙ duꝝ ſit vobis hoc audire. cum tn̄ nihil refero niſi ꝟba ſcripture. Dictū eni vobis ē ſuperi⁹ ꝙ hec accepiſtis oīa ad vite ſubſidiū ⁊ ad ſancte militie ſtipēdium ad victum habēdum ⁊ veſtitū quib⁹ duob⁹ dicit apl'us ſe eſſe cōtentū et quicq̄d ſupeſt in pios vſus paupeꝝ ⁊ miſerias egrotātium expēdere debetis. Qd ſi nō feceritis multū nr̄a inteſt de eiſdē curā habere ne aīas mortuoꝝ ſalutēq; viuoꝝ defraudetis. ¶ Clericus Rex iſte ioas bona ſibi nō tulit ſ; in vſus eccleſiaſticos expendit. vos aūt hodie bona nr̄a tollitis q̄ nō in religioſos vſus. ſ; militares tumult⁹ ⁊ bellicoſos claſſes expēditis. Vn̄ exemplū qd induxiſtis vr̄is opib⁹ aduerſat. ⁊ veſtrā violētiā ſolū colorat. ¶ Miles. Semp in malū veſtꝝ ꝯtra ſtimulū regū calcitratis Eſt ne h̄ vobis moleſtū ꝙ de bonis eccl'ie ſecum tollūt nepotuli vr̄i ⁊ ꝯſanguinei alieq; ꝑſone iterdū inhoneſte. S; vob' eſt oīno itolerabile et moleſtū ꝙ rex māſuete petit a vob ⁊ ꝓ g̃to accipit ꝓ vr̄a ſalute et defenſiōe eccleſie ⁊ bonoꝝ veſtroꝝ ¶ Cleric⁹. Me miſeꝝ pellē q; meā tollitis cū carnib⁹ ⁊ hoc appellat; ſalutē. ¶ Miles. Nō perſtrepite ſ; patiēter audite. ꝯſiderate vicinos vr̄os ſuis egere ⁊ ad veſtra reſpicē. Si deficēt regis ptās q̄lis eſſ; reqes vr̄a. Nōne nobiles egeni ⁊ ꝓdigi ſi ꝯſumpſiſſent ſua cōuerterētur ad vr̄a ergo regia man⁹ veſter mur⁹ eſt. pax regis pax vr̄a. ſal⁹ regis ſal⁹ vr̄a. Qui ſi deeſt aut forſan eſſet ſubtracta vel pctis vr̄is exigētib⁹ a vob' diſcedēt ⁊ vicinis ſupra bona vr̄a craſſantib⁹ nūc exigen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [3]

tibꝰ nūc minātibꝰ atqꝫ vaſtātibꝰ bona vr̄a cogeremini oībꝰ ſeruire
Si videritis ꝓrſus bona veſtra perire quanto velitis tūc redime
re qđ manꝰ regia rediret ſicut prius. Videtis ergo cum pauca re
gi traditis quō ſalutem vr̄am redimit quā do omnia bona vr̄a de/
perdēda ſaluat. Sꝫ ſicut vos ſemper fuiſtis bn̄ficijs ingrati ſic
eſtis nunc in veſtris ꝓfectibꝰ queruloſi. Qꝫ ſi manꝰ hoſtilis rege
cadēte regnum inuaderet nōne omnes predis ⁊ rapinis nterire
tis ⁊ ferocitatem barbaricam quam vobis implacabilem iſentire
tis relictis ſedibꝰ territi ⁊ attoniti fugeretis ⁊ totum ꝑderetis ꝙ̄
modo ſuꝑ minimis doletis. Qđ ſi reges ⁊ ꝓ̄ncipes ſuis ſtipēdijs
ſuiſqꝫ periculis tenētur vos defendere ſeqꝫ morti ꝓ vobis gratis
exponē. ⁊ vos ſub vmbra quieſcē comedere ſplēdide iocūde bibere
ſuꝑ lectos ornatos quieſcē quiete dormire ⁊ in ſtramētis molli/
bꝰ laſciuire. Ergo ⁊ vos vere eſtis ſoli dn̄i. reges ꝟo ⁊ ꝓ̄ncipes ve
ſtri ſerui. Et alij ꝓ vob ⁊ res ⁊ ꝑſonas offerūt morti. Si daꝛ per
ſonis eccleſiaſticis reges nō eſt magnum ſi ꝓ laycis ſeruēt opes.
Hoc dicitis eſſe durꝫ ſed nō quieſcitis donec more ſolito cōuicti
fueritis ac etiā cōfutati diuinis quibꝰ nō poteſtis obuiare ſcrip/
turis. Nam de ioas rege ſuperiꝰ memorato ſcribiꝛ quarto regū.
xij. et. ij. paralipomenon xxiiij. c. Quāobrem tulit ioas rex iuda
oīa ſanctificata q̄ ꝯſecrauerāt Joſephat ⁊ aaron ⁊ moſa pater eiꝰ
rex iuda ⁊ q̄ obtulerat ⁊ vniuerſum argētum qđ inuenire potuit
in theſauro templi dn̄i ⁊ palacio regis miſitqꝫ azaeli regi ſyrie et
receſſit a hieruſalem. Ecce aperte ꝙ ꝓ redemptiōe ppl'i accepit ea
que cōſecrata erāt in templo dn̄i. nō tn̄ pepcit regis palacio . qn̄
tulit iſta de tēplo. Et eodem mō quarto regum decimooctauo ca
pitulo legiꝛ ſic de ezechia rege ſancto. In tpe illo cōfregit ezechi/
as valuas templi dn̄i ⁊ laminas auri q̄s ipſe affixerat ⁊ dedit re/
gi aſſyriorꝫ. Qđ ſi dicas ꝙ Ezechias egit male rn̄deo ſic habetur
in palipomenō. xxxij. Ezechias nō rephendiꝛ in oībꝰ opibꝰ ſuis
preterquā in legatiōe principū babilonis. Quis ergo damnabit
quem in omnibꝰ ſcriptura laudauit. Si erratis nō intelligētes
ſcripturarꝫ veritatē quid ergo cōtra reges ⁊ ꝓ̄ncipes cōtenditis.
Legiꝛ em̄ Mathei. v. ca. Nō ꝓpter locum gētem ſꝫ ꝓpter gen
tem locum dn̄s preelegit. Nō eſt ergo parcēdum eccleſie materi
ali vbi diſcrimē imminet gēti chriſtiane qđ ſanctꝰ ezechiel ⁊ ioſe
phus intellexit ⁊ fideliꝛ adimpleuit. Si em̄ bona veſtra ſunt ec/
cleſie ⁊ populꝰ in eccleſia eſt quāto iuſtiꝰ ſubſtātia in ea vbi ſalus

populi hendet expēdenda eſt. Unde domin⁹ mathei. xij. ca. Dico vobis ꝙ templo maior eſt hic. nec dubium eſt quin templum ſpirituale quod eſt homo dignius ſit materiali ⁊ templo lapideo Intelligat ergo rex pius ⁊ prudens in his verbis domini dei volūtatem nec vlieri⁹ querat autoritatem. Nec eſt parcēdum materiali templo nec his que dedicata ſunt templo vt ſalus reddat̃ ⁊ pax periclitāti populo chriſtiano Nec eſt blandiendū eccleſiarum ſuperfluitati immo ſuccurrēdum tante gentis neceſſitati. ſed quia ex ea que ſibi licuit iure diuio vult facere cum beneplacito veſtro non veremini exaſperare regem in manſuetudine vobiſcum agētem ⁊ ſolita beniuolētia vos regentem. Cauete a verbis ſalomonis quia ira regis nuncius eſt mortis. ¶ Clericus. Si poſſunt reuocari que ſemel deo ſūt donata ergo irritari poſſunt omnia vota. ¶ Miles. Hoc non eſt que deo data ſunt reuocare ſed illis vſibus quibus fuerunt data applicare. Que enim ſunt deo data eo ipſo ſunt pijs vſib⁹ dedicata. Quid enim poterit ſanctius eſſe quam chriſtiani populi ſal⁹ ⁊ quid precioſius domino q̄z hoſtes raptores ⁊ interfectores arcere a populo chriſtiano ⁊ quam pacē ſubiectis et fidelibus emere. Cum ergo in his bona eccleſie expenduntur veris vſibus quibus fuerant dedicata redduntur.

¶ Clericus. Si ad ſcripturas ſacras recurritis quare libertates noſtras confringitis quas libertates conſtat nos ex ipſis traxiſſe ſcripturis. dominus enim interrogat petrum. Unde Mathei decimoſeptimo capi. Reges terre a quibus accipiunt tributum. a ſuis an ab alienis. At ille dixit. Ab alienis. Dixit illi ieſus. Ergo liberi ſunt filij. Ut autem non ſcandalizemus eos. Uade ad mare ⁊ mitte hamum ⁊ illum piſcem qui primus aſcendit tolle. ⁊ aperto ore inuenies ſtaterem. ſume illum ⁊ da ꝓ me ⁊ te. Uides o miles ꝙ clerici chriſti ſeruicio mancipati omnino ſunt liberi. ¶ Miles. Si euangelium bene reſpicitur. a chriſto ſolo cenſus ſiue didragma petebatur. ideo pro chriſto dari videtur iſta reſponſio ipſe enim eſt filius dei. filius regi magni Et ſicut filius regis maior eſt preſide. ſic filius dei maior eſt et maior erit ceſare ⁊ ſic illa reſponſio proprie videtur eſſe pro chriſto. Attamen quia illi qui principaliter miniſtrant regi nullatenus ad publica onera ſunt trahendi cōcedimus ꝙ clerici ī ſuis ꝑſonis ꝓprijs ſunt liberi. ſʒ nō de mala vita et ↄuerſatōe layci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [3]

qui nō ad honorem dei ſ3 in fraudem domini ſunt ſicut patet ad
oculum nō tonſurati ſed clerici chriſtum ſequētes vt petrus ⁊ ſa
cris altaribꝰ mancipati cōcedimꝰ inquātum plane de his qui libe
ri ſunt nō dico clare ꝑ euāgelium ſed quia euāgelio ⁊ eorum off
cio videbatur cōſonum indultum eſt eis hoc priuilegium princi
pum. Nam ab origine eccleſie dixit paulꝰ ad romanos xiij. Om
nis anima poteſtatibꝰ ſublimioribꝰ ſubdita ſit. ⁊ poſt Nō ſolum
propt̄ iram ſed ꝓpter cōſcientiam. ⁊ poſt ibidem dicit̄. Reddite
omnibꝰ debita. cui tributum tributū cui vectigal vectigal. Uide
tis ergo ꝙ omnis gīa erit ſnbdita ⁊ vectigalis ⁊ tributaria. Sed
vt dixi nūc eſtis in ꝑſonis liberi quia officio chriſti mācipati nū-
quid ꝑ hoc ⁊ eadem libertate gaudebūt ⁊ agri Si em̄ eccleſia eme
rit cenſualem agrum nunq̇d cui ſoluendꝰ erat cenſus ꝑdet eum:
Clericꝰ. Non de cenſibꝰ ſed de exactionibꝰ ſermo eſt. Mi
les. Sicut ego ſuꝑ certos agros habeo certum cenſum ſic impe-
rator ſuꝑ orbem terraꝝ pro defenſione reipublice cum oportunū
fuerit ꝓ arbitrio volūtatis poteſt leuare tributum. Clara em̄ ra-
tione cōceditur vt reſpublica reipublice ſumptibꝰ defendatur. ⁊
quecūq3 pars gaudeat iſta defenſiōe equiſſimū eſt vt cum alijs po
nāt humerum ſub ouem. Si ergo minꝰ iuſte poſſeſſiōes ſubdite
ſunt ad onꝰ publicum quātum ad annuū cenſum ad quemcūq3
tranſiūt ſemꝑ erūt ſub onere hoc vbi neceſſitas fuerit reipublice.
Sicut cum alijs indigēt ſemꝑ defenſiōe. Quod ſi dicitis quod
cōtra hoc ꝑ̄ſcripſiſtis lōga vſi libertate. reſpōdemꝰ vobis ꝙ quan
do benignitate principum fuerit libertas veſtra lōgior tanto vbi
maior apparet neceſſitas ⁊ debet eſſe volūtas promptior ad ſubue
niēdum. Nam ⁊ irridet ſcriptura veſtram preſcriptionē cum a
ſalomone vſq3 ad ioas. et a ioas vſq3 ad ezechielem nō legitur eē
factum quod tamē Ezechiel ꝑfecit. Nam ⁊ multe ciuitates pri
uilegijs ⁊ ꝯſuetudine ab exactionibꝰ libere patiēter ſoluerūt ⁊ ſol
uūt hodie quod placuit principi ꝓ defenſiōe regni vel cōmunita
tibꝰ vel perſonis. Et ſi deꝰ vt dicitur ꝓpter ingratitudinem reuo
cat peccatoꝝ temiſſionem videatis ne propter veſtram rebellionē
nō mereamini. non minꝰ ſed etiam plus onerari ⁊ tandem facul-
tate ſimul ⁊ poteſtate denudari. Clericus. Nunq̇d per reges
tollēde ſunt gratie nobis per leges cōceſſe ⁊ per beatoꝝ principu3
priuilegia ſancte eccleſie cōceſſa. Miles. Fateor ⁊ verum eſt
ampliſſima vobis priuilegia per bonos pontifices indulta. Sci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [3]

re vero debetis ꝙ quicquid rectores reipublice faciunt ad vtilita
tem reipublice intēdunt ⁊ ad eam habentes oculum iuxta illam
regulam. Cuncta diſponunt intantum ꝙ ſalutem reipublice ſa-
luti proprie quod eſt in principe glorioſiſſimum anteponunt ex
emplo dauid ſecundo regum. Unde conſtat ⁊ teſtimonio ⁊ recta
ratione eos concedere quatenus poſſet in poſterum reipublice de
rogare. Unde plane colligitur in omnibus priuilegijs hoc excep
tum ſcilicet vt niſi priuilegium indultum videatur in poſterum
reipublice nociturum vel pro ardua neceſſitate vel vtilitate rei-
publice manifeſta mutandum. Igitur non eſt dubium quin pro
regni neceſſitatibus gratias vobis indultas legibuſqꝫ ſanxitas
poſſunt altiſſimi principes conſultiori ſuſpendere ratione ⁊ ſecū
dum exigentiam temporis vt inuenimus per ſalomonem ſapien
tiſſimum in pena furti aliquid lege diuina mutatum. ¶ Cleri-
cus. Imperatores ſanxerunt iſta nō reges ⁊ ideo per bonos im
peratores o miles nunc erit legum gubernacula moderari.
¶ Miles. Hoc reſponſum eſt blaſphemie. Et quoniam vt vi-
detur aut originem ignoratis regni aut quod videtur verius illi
us altitudini inuidetis ſi karoli magni regiſtrum inſpiciatis ⁊ hi
ſtorias probatiſſimas reuoluatis. Inuenietis ꝙ regnum francie
digniſſima conditione imperij porcio eſt pari diuiſione ab eo diſ
creta ⁊ equali dignitate ⁊ auctoritate quingentis annis circiter
inſignita quicq̄d ergo priuilegij ⁊ dignitatis retinet imperij no
men in parte vna. hoc regnum francie in alia. Cum enim frater
na diuiſione francorum regnum a reliqua parte diſceſſit imperij
quicquid in parte decedente ⁊ penitus ab imperio exiſtente impe
rium ipſum quondam obtinuit aut ibidem iure altitudinis aut
poteſtatis exercuit hoc principi ſeu francorum regi in eadem ple
nitudine ceſſit. Et ideo ſicut omnia que infra terminos imperij
ſunt ſubiecta eſſe noſcuntur imperio ſic que infra terminos reg-
ni regno. Et ſicut imperator ſupra totum imperium ſuum ha-
bet leges condere addere eis aut demere ſic ⁊ rex francie. Aut om-
nino leges imperatorias repellere. aut quālibet ſi placuerit per-
mutare an. illis a toto regno ſuo preſcriptis. et abolitis nouas
ſi placuerit promulgare. Alioquin ſi aliquid noui vt ſepe acci-
dit viſum fuerit ſtatuendum. Si rex non poſſet hoc qui eſt ſum
mus. Tunc nullus poterit quia vltra eum non eſt ſuperior vllꝰ
et ideo domine clerice linguam veſtram coercete ⁊ agnoſcite re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [3]

gem legibus cõſuetudinibus ⁊ priuilegijs veſtris ⁊ libertatibus datis regia poteſtate preeſſe poſſe addere poſſe minuere quelibet equitate ⁊ ratione conſultis aut cum ſuis proceribus ſicut viſuꝫ fuerit temperare. ⁊ ideo ſi aliquid pro ſalute regni tuenda videritis iſtis temporibus imutari acceptate ⁊ patienter hoc ferte paulo apoſtolo hoc vos docente ad Rhomanos decimoquarto. qui poteſtati reſiſtit diuine voluntati reſiſtit ne qui cõtra ſtimulum calcitrent iniuſte ſemel puncti iterum ſe pugant. Obedite prepoſitis veſtris ⁊ ſubiacete eis. ad Hebreos in fine. Dauid auteꝫ ſub anathar principe ſacerdotum tempore neceſſitatis panes ꝓpoſitionis qui ſolis ſacerdotibus parati erant ⁊ nullis alijs licebat comedere eos comedit ⁊ alijs dedit comedendos qui ſecũ erãt et Mathei vndecimo. ſabbatum propter hominem non homo propter ſabbatum factum eſt Itaqꝫ dominus eſt filius hominis etiã ſabbati. Et Deutronomij triceſimotercio capitulo. In manu tua magnitudo ⁊ imperium. et ibidem. Et adorauerunt dominum deum regem. Item ibidem. Et vnxerunt ſecũdo ſalomonem filium dauid vnxerunt autem eum domino in principem: Sequitur. et ſadoch in pontificẽ. vt paralipomenon viceſimoꝓmo capitulo. Nec quiſquam intret in domum domini niſi ſacerdotes et qui miniſtrabant de leuitis tantũmodo ingrediãtur qui ſanctificati ſunt. ⁊ totum reliquũ vulgus cuſtodias domini obſeruent. Leuite autem circumdent regem habentes cingula. Et ſi quis alius ingreſſus fuerit templum domini interficiatur ſintqꝫ cum rege intrante ⁊ ingrediente. Vnxitqꝫ eum ioada pontifex ibiqꝫ.

¶ Et ſic eſt finis laus chriſto neſcia finis

¶ Sequitur Compendium de vita antichriſti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [3]

Compēdium de vita antichriſti.

Jrca ſtatum ⁊ pſecutionem antichriſti notandi ſunt quinqꝫ. Primo ortꝰ antichriſti. Secundo pgreſſus. Tercio cultus. Quarto cōflictus. Quinto obitus.

¶ Circa ortum antichriſti nota quattuor. Prio de qua pgenie naſcet̄ quia de tribu dan vt Geneſis vltimo. Fiat dan ſicut coluber in via. ⁊ ideo in Apocalipſi. dan nō ſcribit̄ in catalogo ſanctorum ī deteſtationē antichriſti. Secūdo nota quomodo naſcet̄ qꝛ de fornicatrice nō de ꝟgine. vt. ij. ad theſſalonicēſes. ij. Niſi diſceſſio pmū venerit ⁊ reuelatꝰ fuerit homo peccati id eſt ī peccato cōceptꝰ. Tercio nota quomodo cōcipiet̄ in vtero qꝛ opatiōe diabolica ſicut dt Augꝰ. ſpūs malignꝰ deſcēdet in vterum matris et ex ꝟtute diuina cōfouebit̄ ⁊ implebit̄ antichriſtꝰ. ij. ad theſſalo. ij. cuiꝰ aduētus erit ſcdm opationem ſathane. Gloſa. nō tamē ſine cōſenſu liberi arbitrij. qꝛ incipiet eſſe malꝰ ex vtero matris iux illud Eſaie. xlviij. trāſgreſſorem ex vtero vocaui te. Quarto nota vbi naſcet̄ qꝛ in babilone. Apocalipſi. xviij. ca. Babilon magna mater fornicationū. ⁊ ſequit̄ de antichriſto Vidi mulierē ebriam de ſanguine martyꝝ ⁊ ſanctoꝝ chriſti ieſu. Quinto circa proceſſum antichriſti nota q̄ttuor. Primo vbi nutriet̄ qꝛ in illis duabꝰ ciuitatibꝰ corozam ⁊ bethſayda. Vn̄ illud ſup iſto ꝟbo euangelij ve tibi bethſayda ve tibi corozam dt Augꝰ. Ideo impcat̄ et improperat eis dn̄s dicēs. qꝛ in eis couerſaturꝰ eſt filiꝰ pditiōis. Secūdo. Nota a q̄bꝰ nutriet̄ quia a ſpiritibꝰ malignis q̄ ppt̄ incantatiōes ſuas cōtinue ei famulabuntur ⁊ aſſiſtēt comites indiuiſi. Apocal̄. xvij. Vidi de ore beſtie id ē antichriſti ppt̄ incātatiōes q̄s de ore emittet exiſſe tres ſpūs imūdos. Tercio Nota a q̄bꝰ recipiet̄. Primo qꝛ a iudeis vt dicebat eis dn̄s. Joh̄. quīto in fine. Ego veni in noīe pr̄is mei ⁊ nō recepiſtis me. cum autē alius venerit in noīe ſuo illū recipietis. Quarto. Nota in q̄ etate incipiēt hec oīa vt eccl̄iaſtici. iiij. Vidi cūctos viuētes q̄ ambulāt ſub ſole cū adoleſcēte ſecūdo id ē antichriſto. nam pmꝰ adoleſcēs ſalutis fuit chriſtꝰ Circa cultū eiꝰ nota q̄ttuor p que attrahet ad ſe diuerſos cultꝰ. Primo enim vt attrahat ad ſe iudeos dicet ſe

meſſiam ꝓmiſſum in lege verꝫ deum ⁊ verum hominem ⁊ reedifi
cabit templū ſalomonis. ij. theſſal. ij. qui aduerſaꝰ ⁊ extolliꝰ ſuꝑ
omne qḋ dixit deꝰ ficte ſcꝫ ab ydolis. aut qḋ coliꝰ ſcꝫ in veritate a
fidelibꝰ. Secūdo vt attrahat ad ſe gētiles ydolatras faciet ſimu
lachꝝ ⁊ ſtatuam ꝑ incātationem ⁊ in eam mittet ſpūm malignū
ad dādum reſpōſa ⁊ vocabit eum deum maon. Daniel' xi. Deum
patꝝ ſuoꝝ nō reputabit deum. deum autē maon in loco ſuo vene
rabiꝰ. Hāc ſtatuam faciet adorari. Apoca. xi. Faciet vt quicūqꝫ
nō adorauerit imaginem beſtie occidaꝰ. Tercio vt attrahat ad ſe
chriſtianos dicet ſe chriſtū veniſſe ad iudiciū ſic ꝓmiſſum in euā
galio ⁊ oſtēdet ſe mortuū ⁊ tercia die reſurget iuxta illud. vnum
de capitibꝰ eius q̄ſi occiſum in morte ⁊ plaga mortis eiꝰ curata ē
et admirata ē vniuerſa terra. Quarto vt attrahat ad ſe oēm ho-
minem magnū ⁊ paruū ponet caracterem in fronte ⁊ manu dex-
tera vniuſcuiuſqꝫ vt diſtiguātur ab alienis ⁊ nemo poterit eme
re vel vēdere niſi habuerit ſignū ſuū. Apocalipſ. xiij. Faciet om
nes puſillos ⁊ magnos habere caracterem in manu dextera vt nō
poſſet emere vel vēdere ⁊c. ¶ Circa cōflictum antichriſti nota ꝙ
pugnabit cōtra duo genera hoīm ſcꝫ nobiliū ⁊ ignobiliū ſeu ma
ioꝝ ⁊ minoꝝ. Maiores autē diſtinguet ſcd̄m tres gradꝰ ſcꝫ cleri
cos. milites. ⁊ mercatores. Clericos ⁊ litteratos expugnabit et
attrahet ꝑ rōnes naturales. erit em̄ valde inſtructꝰ in ſcripturis
philoſophoꝝ. Daniel'. vi. Cōſurget rex impudēs facie ⁊ ītelliget
propoſitiōes ſcꝫ naturales ⁊ ſupra quā credi poſſet vniuerſa va-
ſtabat milites expugnabit ꝑ diſtributionē terraꝝ ⁊ dignitatum.
Daniel'. xi. Multiplicabit gloriā ⁊ dabit eis ꝑtātem in multis
et terram diuidet gratuito. mercatores expugnabit ꝑ argētum ⁊
auꝝ. Daniel'. viij. In copia rerum occidet plurimos ⁊ eiuſdē vn
decimo. dominabiꝰ thezauris argēti ⁊ auri ⁊c. Demones em̄ re-
uelabūt ei omnes thezauros occultos ſub terra ī ſepulchris anti
quis quos antiqui abſcōdebāt quādo moriebātur ſperātes ſe re-
dituros poſt lōgum tempꝰ ad eoſdem quos poſuerūt quidā erro
nei philoſophi. ⁊ ideo diciꝰ Job. xxi. Ad ſepulchꝝ duceꝰ ſcꝫ anti
chriſtꝰ ⁊ in cōgerie mortuoꝝ euigilabit. Et eiuſdē xli. Sternet
ſibi auꝝ quaſi lutum. Populum minorē diſtinguet tripliciꝰ ſcꝫ
in ſimplices quos attrahet ꝑ falſos ꝓphetas in tumidos quos at
trahet ꝑ tyrānos ⁊ ꝑfectos et penitētes quos attrahet per falſa
miracula nam ſic diciꝰ in Apoca. Faciet ſigna ita vt ignem fa-

ciat deſcendere quoad falſam apparētiam. ⁊ ideo dicitur Mathei
xxiiij. Surgent pſeudo chriſti ⁊ pſeudo prophete ad decipiēdum
ſimplices ⁊ tradent eos in tribulationem magnam ⁊ occident ad
cogendum pauidos ⁊ dabūt ſigna magna vt in errorem deducan
tur ſi fieri poteſt etiam electi ad commouēdum penitentes ⁊ per
fectos. ¶ Circa obitum antichriſti nota quattuor. Primo tem-
pus. quia poſtq̃ȝ predicauit tribus annis cum dimidio. danielis
xij. Dixit daniel angelo. Uſqȝquo finis horum mirabilium. Re
ſpondit angelus. quia per tempus ⁊ tempora ⁊ dimidium tem-
poris ſcilicet per tres annos ⁊ dimidium. Hebreus enim tempo
ris nomine accipit vnum ānum ⁊ per tempora accipit duos an
nos ⁊ per dimidium temporis accipit dimidium annum. Se-
cundo notanda eſt perſona interficiens que erit ipſe chriſtus. ij.
ad theſſalo. ij. quem dominus ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. vł
michael interficiet miniſterio chriſti. Tercio notādus locus in
quo interficietur. quia in loco vnde aſcendit chriſt⁹ in celum ſcȝ
in monte oliueti. Danielis xi. Ueniet in multitudīe magna ſup
ple exercitus vt conterat plurimos ⁊ figet tabernaculum ſuū ſu-
pra montem inclitum id eſt ſupra montem oliueti et veniet ad
ſummitatem ei⁹ ſcȝ montis oliueti ⁊ nemo ei auxiliabitur quādo
ſcȝ occidetur a chriſto. Quarto Notandus eſt modus quo occi-
detur qui erit triplex. Occidetur enim ſubito. Job. Subito mo
rietur. Interficietur abſqȝ manu hominis. Danielis. viij. Sine
manu cōteretur. Item interficietur publice. Job. Uidentibus
cunctis precipitabitur. De die autem illa ſcȝ iudicij vel aduen
tus antichriſti nemo ſcit iuxta illud Marci. xiij. De die autem
illa ⁊c̄. et Mathei. xxviij. Aduentum autem antichriſti prece-
dent quattuor. Primo romani imperij diſſenſio ⁊ diuiſio in decē
regna. ij. ad theſſalonicēſes. ij. Niſi venerit diſſenſio ⁊c̄. Secun
do inobediētia eccleſiarum ab eccleſia romana. Tercio generalis
cōcitatio prelioꝝ. Mathei. xxiiij. Surget gens cōtra gentem ⁊
regnū aduerſus regnū ⁊c̄. Quarto. Enoch ⁊ Helie predicatio.
Apocalipſis. xi. dabo duob⁹ teſtibus meis ⁊ ꝓphetabūt mille du
centis ſexaginta diebus ⁊c̄.

¶ Explicit de vita antichriſti. Impreſſū Anno
M. cccc. xci. vltima Januarij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [3]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [3]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 108 [3]